SAN GEMINI HISTORIC ARCHIVES PROJECT
Realizzato e sponsorizzato dal San Gemini Preservation Studies e
L'Associazione Valorizzazione Patrimonio Storico San Gemini
www.sangeministudies.info

ARCHIVIO STORICO COMUNE DI SAN GEMINI
Progetto di Digitalizzazione
Tutti i documenti originali e le copie digitali fanno parte
dell'Archivio Storico del Comune di San Gemini

1589

21 ott. 1858

Litere patentales Cancellarij

Priores et Comunitas Populi Terre S.ti Gemini

Mag.co D.no Joacchino Verallo de Leonissa uti filio n.ro Car.mo salutem. Cum in dicta Terra n.ra S.ti Gemini nihil magis expedire dignoscamus et summopere cupiamus quam Idoneos comunes Cancellarios ludi literarij magistros habere, qui iura et negotia dicte ~~Terre~~ n.re Co.itatis totis viribus tractantur et administrent ac filios et discipulos in dei timore virtutumq. via atq. alijs bonis moribus adipiscendis dirigant et inducant. Quamobrem one[ris] sufficientie gerendarum rerum elapso iam anno experientia ducti nemine infrequenti senatu sponte una o[mn]ium voce fueris iterum penitus confirmatus. Quocirca Nos authoritate, qua fruimur te prefatum D. Joachinum n.rum dicteq. n.re Co.itatis Cancellarium ludiq. literarij preceptorem in proximum futurum annum tempus tibi prorogavimus, post huius n.ri dum elapsi anni munus incohan[dum] v[idelicet] die 25 mensis novembris 1588 et ut sequitur feliciter finiend[um] 1589 cum solito mercedis salario v[idelicet] ducator[um] centum de carolenis decem pro quolibet ducato anno singulo iuxta solitum s[cilicet] de duobus mensibus in duos menses tibi persolvendorum cum domo et habitatione, alijsq. honoribus et oneribus solitis et consuetis tenore p[raese]ntium facimus constituimus, iterum deputamus atq. penitus in p[raese]nti officio comprobamus. Te autem hortamur non salarij pensata paruitate: sed potius uniformem eligentium benevolentiam hanc subsequenti anni conditionem tibi tam sponte oblatam mutuo amore accipire digneris et quem ad modum te accepisse p[raese]ntem nobis fecisse gratum ita hanc alteram subsequentem ~~gra~~ acceptum grat.mum feceris. In quorum fidem
~~&~~ Dat. S.ti Gemini ex edibus n.ris sub die XXI mensis 8bris 1588

locus + sigilli

Joannes Zucchenus p[ro] Canc.rio n.ro

Archivio Storico
Comune di San Gemini (TR)
Reg. C40-c11 r

© Tutti i diritti d'autore del documento e della copia digitale appartengono all'Archivio Storico del Comune di San Gemini

© All copyrights to this document and to the digital copy belong to the Historic Archives of the del City of San Gemini, Italy

Reg. C40-c11r